

tur. At sexcenta eiusdem metalli κακῶτα  
 γήματα veriùs, quàm καλῶτα fide di-  
 gnis testibus exprobrabunt alij. Frustra  
 tamen, dum virorũ medicorum, & ad  
 præscriptas Therapeiæ leges actionum  
 suarum singula momenta dirigentium,  
 ea esse delicta commonstrauerint. Id-  
 ipsum scilicet est, quod rationalis quo-  
 que Chymicus identidem seriò deplo-  
 rat, conniuentis magistratus indulgen-  
 tia, empiricorum, alyptarum, ambuba-  
 iarum, Iudæorum indoctæ plebeculæ  
 hominum vitam, de qua ludat impu-  
 nè, cõmitti. Quid enim effrenæ istorum  
 licentiæ permissum non est? Quem ne-  
 sciunt morbum, ijs remedijs, quæ non  
 intelligunt, nullius methodi præscri-  
 ptione, curandum aggrediuntur. Nec  
 tamen suis caret, periculosa non minus,  
 quàm audax inscitia patronis, incertũq;  
 vulgus, in studia aliàs diuersa scindi so-  
 litum, at heic perbellè consentiens, post  
 se, magna caterua abripit, vt vltrò quo-  
 que, quàm illa negotietur, caram vitam  
 obijciat. Quod si ergo laudati remedij  
 vsum præposterum, euentus idẽ sequa-  
 tur, an inde remedij bonitati innoxix

Multi indi-  
 gnè de Ana-  
 timonio cõ-  
 queruntur.

C erro-